



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

II. Februarii. S. Lavrentivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S LAURENTIUS natione Romanus, vnà cum S. Augustino & cæteris Monachis à S. Gregorio Papà in Angliam missus, vir doctrinà & moribus clarus, quem sibi adhuc superstes successorem delegit Augustinus, nese mortuo Ecclesia recens posita, pastore vel modico tempore destituta, ad gentilissimum, relaberetur; statim atq; Archiepiscopatus gradu potitus est, religionem Christianam promouere atq; stabilire omni diligentia, studio, sollicitudine, crebris exhortationibus, & continuis bonorum operum exemplis adniscitur: neq; solum recentis Anglicanæ Ecclesiæ curam gessit, sed etiam Britannos veteres, qui metu Anglorum in desertis Walliæ sese abdiderant, Scotos etiam, & Hybernos adhuc in Christianæ fidei dogmate rudiores plenius erudire, & ad rectam Paschæ celebrationem studuit perducere. Cum Britanniam ob Edbaldi Regis impietatem relinquere decreuisset, lectum sibi in Ecclesia Apostolorum, Petri & Pauli sterni iubet, in quo postquam recubuisse, multis precibus, suspiriis & lachrymis, Ecclesiæ salutem & incolumitatem Deo commendauit. Quamprimùm verò obdormisset, illico ei visus est in somnis adesse S. Petrus, ipsum corripere, castigare, loris & flagellis cadere, quòd immemor mandati Augustini & officij sui, metu supplicij gregem Christi sibi commissum lupis rapacibus laniandum relinqueret. His B. Petri flagellis & monitis instructus S. LAURENTIUS manè factò ad Regem contendit, & reiectis vestimentis, quantis esset verberibus concisus, ostendit. Is reinvitate percussus, delicti veniam à LAURENTIO petijt, ac Christi fide susceptà repudiatoq; protinus turpi coniugio ad sanitatem redijt, ante actà deniq; vita emendata, susceptam fidem præclaris admodum pietatis iustitiæq; operibus declarauit. Sub cuius felici regimine S. LAURENTIUS laboris sui mercedem recepit IV. Non. Febr. *Ex*

V. Bed. lib. 2. cap. 4.

S. LAV-



SS AVGVSTINVS. MELLIVS. PETRVS. IVSTVS. PAVLINVS. LAURENCIVS.
 IOHANNES. ORD. S. BEN.
 GREGORIIVS. IN SV. DIVISOS. ORBE. BRITANNOS.
 AVGVSTINVS. ANTI. CHRISTICOLAS. FACIT.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Bened' and some numbers.

2 VNA 2

III. FEBRVA